



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resurrectionem D. N. Iesv Christi

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

Meditatio 52. De custodia sepulchri Dominici.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](#)

408 MEDITATIONES

debemus, petra firmi constantis & propositi, nunquam eum offendendi, nec amplius cor nostrum patere debet mundo, sed perseverare debemus in sancto illius servitio.

---

MEDITATIO

QVINQUAGESIMASECVNDA.

DE CVSTODIA SEPVL  
chri Dominici.

EVANGELIVM.

*Mare. 15.*

*Matt. 27.*

*Lue. 23..*



R A N T autem Maria Magdalena & Maria Ioseph sedentes contra sepulchrum, & aspiciebant ubi ponetur corpus Iesu. Similiter mulieres, quæ cum eò venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodū positum erat corpus ejus.

eius. Et reuertentes, parauerunt aromata & vnguenta. Et sabbatho quidem siluerunt secundum mandatum. Altera autem die conuenerunt Principes Sacerdotum & Pharisæi ad Pilatū dicētes: Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuēs, post tres diē resurgam. Iube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius & furētur eum, & dicant plebi: surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior priori. Ait illis Pilatus: Habetis custodiā, ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt supulcrum: signantes lapidem cum custodibus.

FIGVRA.

C<sup>V</sup> M. audissent Philistai Sam- Iudie. 16. son intrasse urbem Gazam, ibiq<sup>z</sup> dormire, circumdederunt eum positis in porta ciuitatis custodibus.

PROPHETIÆ,  
SCRVTATI sui iniquitates, defe- Psalm. 63.  
cerunt scrutantes scrutinio.

Foderunt

*Psal. 56.*

*Foderunt ante faciem meam foueam,  
& inciderunt in eam.*

*Psal. 9.*

*In laqueo isto quem absconderunt, cō-  
prehensus est pes eorum.*

*Gen. 49.*

*Requiescens accubuisti ut Leo, &  
quasi leana, quis suscitabit eum?*

## CONSIDERATIONES.

I. Punctū.

**C**ONSIDER A, cūm iam adesset  
nox, desolata mater simul cum di-  
lecto suo Ioanne magno dolore, cordis-  
que afflictione, deserebat sepulcrum, &  
adorato sancto crucis ligno, in quo vita  
reclinata fuerat, tota afflita & mœsta  
caro thesauro intra duos lapides relicto,  
Ierosolymam regredia est, ibique in pa-  
ne doloris & aqua lachrymarum in te-  
nebris & lucta latebat, expectans donec  
illi restitueretur lætitia, ex desiderata  
præsentia sui vnici filii.

Vide, quomodo sanctæ illæ Marie,  
quæ non erant adhuc ita confirmatae in  
fide resurrectionis, nescientes discedere  
ex loco, in quo iacebat dilectus eorum,  
stabant quasi in extasi cum magna cō-  
passione & amore plangentes, & aspi-  
cientes sepulchrum. Et quomodo po-  
tuisset unquam discedere illa inflamma-  
tata Magdalena, postquam quādo oc-  
cludebant saxo os sepulchri, fuit ibi si-  
mul

mul inclusus illius spiritus: Vnde non  
habens in se amplius vitam, in illo solo  
viuebat, & in ipso respirabat, deniq; iam  
appropinquante nocte coacta discedere,  
vt comitaretur sanctam Matrem, cogita  
cum quanto dolore lacrymisque reces-  
serit, quantaque cum tristia illud iter  
confecerint gementes & suspicentes: Ma-  
ters sine filio, Discipuli sine suo Magistro,  
& singuli sine proprio corde, quia ibi  
erat relictum, vbi reliquerant suum ca-  
rissimum thesaurum.

Considera, quod etiam postquam  
corpus Saluatoris esset inclusum sepul-  
chro, nō cessauerint maligni Iudæi per-  
sequi & calumniari illum tanquam se-  
ductorem, persuadentes præsidi, vt iu-  
beat custodiri sepulchrū, putates quod  
hoc modo possent impedire, & obscu-  
rare gloriam illius resurrectionis. O stu-  
ta sapientia hominum! quām bene di-  
xit Propheta: Defecerunt scrutātes scruta-  
timio ò miseri, quò plures custodias, si-  
gilla, & plus diligentiae ponitis in custo-  
diendo sepulchro Saluatoris, tanto plus  
redditis certam illius resurrectionē: tan-  
to plus se manifestat ipsius virtus & po-  
tētia, & magis fides nostra fundatur: fe-  
cerunt foueam Saluatori, & ipsi incide-  
runt in illam, nam interim dum volunt  
abscon-

abscondere veritatem, illi ipsi testimonium veritatis fiunt: & interim dum quærunt tollere gloriam Christi, sua confusione illustriorem efficiunt.

Considera quomodo alio cum affectu, deuotæ mulieres astiterunt sepulchro, alio scelerati isti Iudæi, qui illum custodiebant; nam istæ ex amore & desiderio Iesu intendebant: hi vero ex odio, ut eas separarent a Iesu: Verum quoniam Saluator noster ipsissima bonitas est & amor, nec seipsum negare potest illis, qui vera cum pietate illum querunt, accidit, ut hi timore repleti & confusione reieoti fuerint, istæ vero ineffabili consolatione repletæ, meruerunt resuscitatum videre, & sanctissimos pedes amplecti.

Considera quomodo sub modicum terræ se recluserit ille, quem comprehendere non potest yniuersus orbis. Magnus ille Deus, amore nostri ita abbreviatus & parvus factus est, ut nos faceret magnos, & habitatores immensi cœli. Vide ut Saluator noster quiescat in isto sepulcro tanquam mortuus Leo, in apparentia & aspectu erat humilis & infirmus propter formam nostræ mortalitatis, verum fortis & terribilis propter formam diuinitatis. Hinc cum ita mortuus aëret terorem attulit inimicis, horro-

rem:

DE PASSIONE DOM. 429

rem morti, atque ipsum infernum spoliavit. Heu me si cum adhuc esset in sepulchro ita erat formidabilis, quid erit quando cum omnipotentia & maiestate sua veniet ad iudicium, ut sumus de inimicis suis vindictam!

COLLOQUIVM.

ROGABIS Beatam Dei Matrem, ut tibi a benedicto suo Filio impetreret, quandoquidem ille pro tuo amore se humiliauit ita, ut descendes et in imaterrae viscera, ut hoc exemplo tantæ humilitatis, taliter confundat tuam superbiam, ut in æternum te extollere, aut nulli creaturæ præferre non præsumas. Et similiter tibi impetreret, ut gratiam, quam semel per intercessionem suam & merita a Filio recepisti, eandem firmo constantique proposito, & diligentie custodia in teipsa custodire, & conseruare ad finem possis.

DOCUMENTA.

1. POST susceptionem corporis Domini in sanctissimo Sacramento, a distractione mentis nobis caueamus, & sedeamus cum Marijs perseverantes in oratione, & contemplatione Iesu, qui positus est in sepulchro nostri cordis.

2. Non erant contenta ista sancta mulieres,

lieres, quod Domin⁹ semel fuisset uictus,  
sed ibant ut procurarent alia aromata  
ut denuo uingerent. Ita nos, si verè ama-  
mus Iesum, non erimus contenti illo, quod  
præstimus in ipius seruitio, virtutibus  
huc usq; acquisitiis, verùm conabimur  
progredi semper ulterius de virtute in  
virtutem.

3. Si volumus custodiri Iesum, ita ut  
non tollatur ex anima nostra, ponamus  
custodiā ad portas nostrorum sensuum,  
ne per illos mors ingredia:ur, & egredia-  
tur ex nobis Christus vita nostra.

4. Imitemur in benefaciēdo diligentiā  
hominū mundaniorū in malefaciēdo: Non  
simus cōtentī ut præseruemus nos à pecca-  
tis operum; custodiendo sensus exteriores;  
verūm etiam obsignemus & custodia-  
mus cor nostrum à malis cogitationibus  
& desiderijs, sicut Iudeis non satis erat  
apponere custodiā, sed adiungebant si-  
gillum ad sepulchrum Christi.

5. Rogemus continuò Christum Domi-  
num nostrum, ut sicut ipse fuit custoditus  
& obsignatus in sepulchro, ita, postquam  
nos sanctissimi sui nominis impressione sig-  
nauit, velit ut hoc sacrum sigillum cu-  
stodiat & conseruet in nobis semper diui-  
num amorem, & si. iliter conseruet nos,  
in suo perpetuo seruitio. Amen.

ME.